



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fvldensivm Antiqvitatvm Libri IIII.

Brouwer, Christoph

Antverpiæ, 1612

Argvmentvm.

urn:nbn:de:hbz:466:1-39712

FVL DENSIVM
ANTIQUITATVM
LIBRI III.
ARGVMENTVM.

HIC liber quadam est praecedentium attestatio, et si reconditam promit ex omni memoriam monumentorum gazarum. Nam Sturmij Abbatis acta, quae quidem reperiri potuerunt, ipsiusq; Bonifacij flagrans in huius monasterij religione propaganda studium, & discipuloru; eius gratam iuxta piamq; in defuncti magistri beatos manes beneficentiam; mox Regum, Principum, populorum, omnisiq; sexus & ordinis extollit in eundem immensam liberalitatem. Scrinia reservat, eruitq; libellos cuestate propè sepultos, praesertim Rudulphi diu expectatum, de origine omnium ferè circumiacentium monasteriorum; narratq; huius ore, quo adparatu; ceremoniarum reliquia olim importata. Postremā sui parte, cuestigalium accessiones, & donationum, traditionum oblationumq; formulas edit nonnullas, pro illorum temporum usu, scientia haud temnenda. Desinit tandem in Marquardum Abbatem; qui, ut illa fuit etas, impolita quidem, at magnifica oratione, monasterij ab se vindicati ac restituti famam, posteris reliquit.

IN-